tunc obmisso foro suo quoniam competens coram officio presenti Castri Pre-
misliensis cum iurisdictione se successores cum bonis suis hic idem Procopius
Therlieczki quo ad respondendum subiicit in primo Citationis termino
stare parere rudere ac pro vadio et citatis ordinibus satisfacere te-
nebitur cum suis posteris. Nullum terminum occasione premissorum ve-
ra vel simplici infirmitatibus actione pro maiori ac legalibus qui-
busvis impedimentis differendum. Ad quietationem dilationem non petendam Pae-
na trium marcarum et triplici pena vadia non evadendum motionibus
appellationibus earumque prosecutionibus evasionibus prescriptionibus ac
dilationibus universis abrenunciandum sub et suorum successorum sub
amissione totius cause ut ipsius luitionis vadii quo soluto utique inscri-
ptioni presenti tantum quantum sit necessarium satisfacere tenebitur et
successores tenebuntur. Nulla prescriptione terminorum obstante

Therlieczki Hr alio Therlieczki

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus Castri Premisliensis Nobi-
lis Steczko Therlieczki Sandecz a iure et foro suis quibusvis propriis re-
cedendum et huic Castri Premisliensis iurisdictioni se successores cum bonis suis omnibus in
toto quo ad totam inscriptionis infrascriptae statum attinet incorporandum et inmisce-
randum sanam mente pariter et corpore existens publice ultro recognovit Quod
Nobili Procopio Maximowicz Therlieczki et successoribus eius Triginta
florenos pecunie polonicalis certi debiti tantum presentibusque obligatur hinc pro
festo Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum proxime et immediate venturo
dare et circa acta presentia solvere. Casu vero si non solverit seu eius
successores non solverint tunc debebit vel successores eius tenebuntur eidem Credi-
tori aut posteris eius in crastino diei eiusdem solutioni assignatae in unum
Cmethonem possessionatum quem sibi hic idem Creditor vel eius successores in
bonis sortis eiusdem villae Lubochow elegerit dare et admittere realem in-
tentionem cum actuali et pacifica possessione per nimium pactum presentis
quemcumque ab officio presenti additum sub vadio Triginta florenorum pecunie mon-
tis polonicalis eundem Cmethonem in villa Lubochow deligendum pro ipsum No-
bilem Procopium Therlieczki vel successores eius in summa eadem ab intentione
acceptata ad festum Nativitatis Domini proximum. Et a festo Nativitatis
Domini proximo ad annum et sic consequenter de anno in annum usque ad

exemptionem et summe persolutionem cum ad iure dicto et proprietate corrigendum
attinendum et pertinendum utilitatibus gentis universis ipsa predicta Cmetho-
ne eligendo seu agris in quibus residet pertinentibus inter excipiendum
tenendum habendum possidendum et pacifice utifruendum iure cursum ter-
restre. Debebitque idem recognoscens cum successoribus suis quos secum super
bonis suis omnibus inscribit, prenominatum Procopium aut successores eius ratione eius
modi Cmethonis ab omni quavis iuridica impetitione personarum quarum-
vis sexus utriusque existentium. Necnon ab inscriptionibus prioribus et poste-
rioribus factis et faciendis tantum quantum opus fuerit tueri defendere et inter-
cedere bonaque eadem usque ad exactionem premissorum munda et libera facere
Nec prebere pacificam possessionem illamque adimere tenebitur cum successoribus
suis sub vadio similis summe Triginta florenorum pecunie mon. polonicalis. Et
scribitque se predictis recognoscens successores super bonis suis hanc inscri-
ptionem ad acta terrae Premisliensis ad decursum unius anni in bar-
verborum forma transportandam sub vadio simili Triginta florenorum pecunie
mon. polonicalis in casu non expletionis cum seorsivarum condictionum ipso fa-
cto ad solvendum sacramentum. Pro quibus vadio et vadiis succubuit quoniam
se predictus recognoscens vel successores eius eidem Creditori aut posteris illius
citare permiserit extunc coram officio presenti Castri Premisliensis a iure foro
suis propriis recedendum et eiusdem iurisdictioni se successores cum bonis omnibus quo
ad respondendum subiicientes in primo Citationis termino stare et pro cita-
tis ordinibus satisfacere omnibus exceptionibus controversiis evasionibus
prescriptionibus dispensationibus vera vel simplici infirmitatibus actio-
ne pro maiori. Ad quietationem dilationem recipiendam Poena trium marcarum et tri-
plici pena motionibus appellationibus earumque prosecutionibus ac
dilationibus gentis universis abrenunciandum tenebitur et successores tenebuntur
sub luitione vadii et vadiorum quo soluto luitoque vadio primitus
summe utique inscriptioni presentis tantum quantum sit necessarium satisfacere
omnia eiusdem inscriptionis contenta exequi tenebitur cum posteris suis. Nul-
la prescriptione terminorum obstante. Quod mihi firmatum est

Castellanus Premisliensis quietat Capitaneum

Tamen personaliter coram officio cui presidebat Generosus Albertus Lutoslaw-
skij Gladifer terre vicecapitaneus causarumque officii Castri Pre-